

19

PRAEUSTRI VIRO  
Constantino Hugherio Domino  
In Zuylichem C. in  
SEELHEIM.

Gottfriedus Wendelinus  
S. P. D.

Diestense Chronicon (quod huc iam habes) sub finem Augusti  
curavit extrahi COORSIUS (Virorum Nobilissime) Tuis.  
illud ego ad aede meae detuli lecturus, et quidquid eius  
ad institutum meum foret extraxurus. ac pro idem  
tempus vocantibus me Puteami & praecipue literis  
suavissimis ad Incaena Louaniensia, dum illis sum,  
et Bruxellam cogito nihil aliud quam excurrere; inuenio  
illuc quo aduersum Vindicias Hispanicas Chifflety scripsit  
Afferat Gallus M. Antonius Dominicy vir recte facundus.  
in quo quidem opere, etsi me nominatim non interpellet,  
erroris aut mendacij, arguit tamen tacite vocalis, vbi  
portendit scilicet LEGEM SALICAM omnino latam trans  
Rhenum in Solo Germanico, non intra Mosam et Scaldim  
et deus hoc a nobis abdicat, neque tamen suis Vindicat,  
satis sibi egisse ratus, si nobis agere faciat, quod recte non facit.  
Nam sane dum editionem primam illam expondo quam ex  
Fuldensi Bibliotheca expressit Hoeslodus, et ad singulos  
Paragraphos lego Malborigorum nomina. illa ego loca fecimus  
omnia inuenio intra nostram Taxandriam sive ut nunc  
loquuntur Kempeniam. Itaque Bruxella apud Chiffletium  
habe tres totos menses huius indagini curiose impenses.  
Editionem spero videbis propediem. Interea autem dum illis  
sum, Louanij cum Puteano EXCESSERE OMNES.  
et Chronicon tuum Domi (procul me agente) iacuit: quod  
nunc cum mea culpa agnitione precatozem mitto.  
et Novi meantis anni Felix votum in multa decennia nuncupo

Aerâ Nonâ Ianuarij

1647

atque Tuis

Wendelinus

*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*





ad 19

Nobilissimo Viro  
Constantino Hugenio  
Teparcha in Ruylichem  
C. in Seeheim

Hagani Comitibus

